

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1221 - 1222

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

20. Honorius III papa . . . abbati et . . . priori Novicastri et . . . preposito de Hagenowe Argentinensis diocesis. significarunt . . . prepositus et capitulum Honawgense, quod . . . marescalcus Argentinensis episcopi occasione advocatie, quam obtinet in ecclesia eorundem, ipsos jugiter spoliat bonis suis et multimodis exactionibus aggravat et molestat et plerumque manus in eos iniciens violentas quosdam ex eis ipsi resistere molientes menbris suis mutilavit et interdum ab ipsa ecclesia eiciens universos in bonis illius pro sue voluntatis libito debachatur. unde pape supplicarunt, ut, cum injurias et pressuras nequeant tolerare, ad marescalci tyrannidem evitandam ad civitatem Argentinensem tantum ab eis per unum miliare distantem transferendi ecclesiam sibi licentiam concedere dignaretur. papa mandat, quatenus, si premissis veritas suffragetur et consideratis circumstantiis universis id viderint expedire, auctoritate apostolica petitam eisdem licentiam concedant providentes, ut per hoc jus cujuslibet non ledatur. ¹ «significarunt nobis». datum Laterani 4 nonas maji anno quinto. 1221 Mai 4 Rom Lateran.

Aus Reg. Vat. tom. 11 fol. 121.

Darnach Pressutti Reg. Honor. 1^o I, I nr. 3343.

21. Reinh[ardus] praepositus, Bertoldus decanus, Fridericus cantor, Uiricus scolasticus totumque capitulum majoris ecclesie Argentinensis donationem ecclesie beati Martyni in territorio Gengenbacensis ecclesie site claustro Gengenbacensi, quod eandem ecclesiam multo tempore possederat sed a quo per aliquod temporis alienata fuerat, factam ratam habent. «divinum opus esse». [*nach 1221 Mai.*]²

K aus Karlsruher Gen.-Land.-A. Gengenbach Conv. 57 or. mb. c. sig. capituli mutilato. (Schulte.)

Darnach Regest i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. N. F. IV, 98.

22. Henricus Argentinensium episcopus, multitudine personarum deo jugiter apud cenobium, quod Nidermunster in Hohenbure nuncupatur, servientium earumque inopia, qua crebro tum propter difficilem loci accessum tum etiam propter possessionum tenuitatem rerum penuria laborare compelluntur, inspecta, ecclesiam in Ottenrode, cujus presentatio ad idem monasterium hactenus pertinuit, de consensu capituli ecclesie sue et specialiter Reinhardi confratris sui, majoris prepositi, illius loci choriepiscopi, donat cum omni temporalium integritate cenobio memorato. «cum omnium nostre». acta sunt hec publice anno ab incarnatione domini 1222, indictione 10, episcopo Honorio Romane sedi presidente anno pontificatus ejus 6, regnante

¹ Vergl. die zwischen dem Honauer Stift und dessen Vogt dem Marschall Wernher geschlossene Sühne, die 1221 nach Mai 4 zu datiren ist, i. UB. I, 153 nr. 190.

² Zur Datirung vergl. Schulte's Aufsatz Acta Gengenbacensia 1233—35 i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. N. F. IV, 90 ff. Im Jahr 1225 wird die Gengenbacher Pfarrkirche vom Bischof Berthold von Straßburg dem magister Henricus scolasticus sancti Thome verliehen, bis ein Schiedsspruch von 1226 September 12 Constanz die Kirche wieder dem Kloster zuweist unter Vorbehalt der Einsetzung eines ständigen Vikars, dem Bischof aber und Scholasticus ewiges Schwoeigen auferlegt.